

cidi inspirati. Da ergo sapientiam ejus intelligere, omnemque ejus virtutem, tam voluntatem quam mente complecti, ut eam tam affectibus quam operibus et moribus exprimamus, ut valedicamus vanitati, serviamus veritati, vivamus **ETERNITATI**. Tu enim es lux mentium, rex spirituum, dux cordium; tu es via, veritas et vita: via in exemplo, veritas in promisso, vita in premio. Graduam ergo in te, per te, ad te; ut siue jam per umbram eminus, ita post hanc vitam facie ad faciem continuo te intue-

mur, te fruatur, te beemur in omni ævum. Imple animas nostras tuis splendoribus; imple et ardoribus sanctorum, ut citio ad te transire gloriam pervenire valeamus, quem hiujus itineris ducem, salutis auctorem, lucis principem, laetitiae largitorem habemus: quia tu es nostra sapientia, sapientia veritas, vera charitas, clara felicitas, felix **ETERNITAS**. Amen.

Quam sapiens, qui vivit sapientie, qui sapit **ETERNITATI**!

Quam felix, quem in **ETERNUM ipsa beat FELICITAS**!

## CORNELII A LAPIDE IN ECCLESIASTICUM Prolegomena.

Inscriptur hic liber in Graecis Bibliis, 200. In 200. vlo. 200. Sapiencia Jesu, filii Sirach 1, ut distinguatur a Sapientia Salomonis; in Latinis, *Ecclesiasticus*. De eo nonnulla premitenda sunt: priuum, de ejus auctoritate; secundum, de auctore, tertium, de interpretibus; quartum, de argumento; quintum, de methodo; sextum de stylo. Quibus succedunt septimum ordine canones, qui faciunt libri proferant.

### CAPUT PRIMUM.

Auctoritas Ecclesiastici.

Nomnili olim dubitaverunt, immo negarunt, Ecclesiasticum esse librum canonicum: Judei enim non habent eum in suo canone librum S. Scripturae. Unde concilium Laodiceensem can. 59. Melito Sardensis apud Euseb. lib. 4 Hist. cap. 26. S. Gregorius Nazianz., Amphilius, et Hilarius prælatorum in Psalmos, texentes Catalogum S. Scripturarum, omittunt Ecclesiasticum. Et S. Hieron. præfat. in libro Salomonis, asserere videtur Ecclesiasticum non valere ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Idipsum aperit neganti heretici moderni. Lutherus in Colloq. Latinis, tom. 2, c. 6. Lib. vet. Testam., sit: Ecclesiasticus verus est legitima et iusta, non propheta: nihil scit de Christo. Quid est Jesus Sirach (quamvis liber sit optimus) ad Christi et Apostolorum verba? Tantum est legalis liber. Est sicut Thalmud ex variis libris collectus; loquuntur de jure et economia. Hoc miratur mundus, et verba Christi excellenter negliguntur (2). Guillelmus

(1) Hanc inscriptionem Complutensium editio retinuit; Sixtus vero codex, pro Sapientia Jesu filii Sirach, habet simpliciter, per contractionem, *Sapientia Sirach*, cum Siraci, scriptoria pater, non ipse scriptor nisse memoretur. Alii Hieronymo appellatur *Parenetes Jesu filii Sirach liber*. Panaretos autem, quod de omni virtute præcepta tradat, quo eloquissimum à Gracis insinuat.

(2) Qui Siracidem arguunt de Messia mentionem non fecisse, non perpendunt orationem 36, 15-17, proventu præmissionum, et spem 48, 21-23, expostam, simul expectationem Messie complecti; diserta Messiae

Witakerus in disp. de S. Script. controv. 1, q. 4, c. 6, 15, de Ecclesiastico: « Non esse, inquit, canonicum librum, ex eo colligi potest, quod Graec scriptus fuerit: Calvinus in Antidoto, Ecclesiasticum odit, quod ex eo multa fidei dogmata, quae ipse negat, confirmationem: Unde, inquit, metu faciem habuerint? Suppono libros canonicos S. Scriptura esse duplicitis generis: ali enim sunt protocanonici, ali deutero-canonicci. Protocanonici, sive primi canonos vocantur, de quorum fide nulla unquam inter Catholicos fuit disceptatio; sed ab omnibus habiti sunt quasi libri S. Scripturae, dictati à Spiritu sancto. Deutero-canonicci, sive secundi canonos vocantur, qui, licet vere canonici sint, tamen de eorum auctoritate aliquando ab orthodoxis dubitatum fuit: tales sunt Esther, Baruch, Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Maccabearum uterque, Epistola ad Hebreos, Epistola S. Jacobi, S. Jude, secunda S. Petri, secunda et tercera S. Joannis, et Apocalypsis; easter omnes sunt protocanonici.

Hoc est quod de Sapientia et Ecclesiastico agens, ait Damascen. lib. 4 orthod. Fidei, c. 18: « Qui omnium virtutum genere ac doctrina referuntur, hoc est, Sapientia Salomonis, et Sapientia Jesu, quam Sirach (puta Jesus senior, et minoris avus: hic enim fuit pater Sirachi, de quo inferius) compositus, et Graec interpretatus est nepos Jesu, et Sirachi filius, præclarus et elegans libri sunt; non tamen alii numerantur, neque in arcâ sibi erant: quia scilicet, non numerantur inter protocanonicos, neque erant in canone Hebreorum, sive S. Scriptura ab Hebreis recepta, quem ipsi posuerunt in arca.

Nume dico: De fide est Ecclesiasticum esse librum canonicum S. Scriptura. Patet hoc, primum, ex definitione concilii Trid. sess. 4, et concilii III. Carthag. 45, et concilii Florent. in instruct. Armenorum. Concilium quoque Ephesinum, anno Christi 450. Evidentio ad librum de moribus tractantem non perirebat. (Iahn.)

ecclesiasticum citat ut S. Scripturam; sic enim ait Epist. ad synodum Pamphiliac: « Cum consilio omnia fac, dicit divinitus inspirata Scriptura, » Haec autem verba sunt Eccl. c. 32. Conc. Tolet. VIII. c. 9: Dicit, ait, Scriptura: Qui spernit minima, padua decideret, Eccl. 19. Synodus Francifordiensis anno Domini 794, Epist. ad Presentes Hispanie: « Item, ait, in libro Sapientie, ipsa dicente Sapientia, id est, Filiu Dei: Ego ex ore Altissimi predicis, primogenita ante omnem creaturam, » Eccl. 24. Idem inquit ex S. Athanas. in Synopsi, sive Catalogo lib. S. Script., qui et lib. de Virgin.: « Ait enim, inquit, Scriptura sacra: Qui attulit picem, inquinabitur; et qui communicat superbo, illi efficietur: que sunt verba Eccl. c. 45. Idem inquit ex Synodo Alexandrina, quia extat apud S. Athanasium Apolog. 2 contra Ariani, et Inno. I, anno Christi 407, Ep. ad Exuperium, c. 7, qui recenset libros S. Scripturae, « Salomonis, ait, libri quinque; » quintus autem est Ecclesiasticus. Sic et Casiodes lib. 1 Inst. c. 15, et Gelasius, tom. 2. Concl. in concilio Romano habitato anno Christi 494, inter libros S. Scriptura recentest librum Jesu, filii Sirachi. Sic et Isidorus lib. 6 Elym. c. 1, Babamus 1. 2 de Inst. Cleri, c. 35, quin et Epiphanius in heresi Anomœorum, numerant inter sacros et divinos libros Sapientiam Salomonis, et filii Sirach, id est, Ecclesiasticum. Quare, cùm item Epiphanius lib. de Mensur. et Pond. ait, hos libros non esse receptos, intelligi à Judais, corumque sequibus.

Secundò, id ipsum docent Patres Graeci, qui sententias Ecclesiastici, perinde ac ceteros S. Scriptura libros citant, ut S. Clemens anno Christi 90, Epist. 1, ex Eccl. c. 28, citat haec verba: Impone, homo, tuus lingue ostium et seram. Cessa coru in altitudinem extollens, et loquens adversus Deum inquit et proximum tuum. Sic et S. Ignatius anno Christi 100, Epist. ad Heronem, citat illud Eccl. c. 19: Qui cito credit, leuis est corde. Sic et S. Clemens Alexander, anno Christi 200, 1 Padiag. c. 8, et lib. 5 Strom. c. 5. Origenes anno Christi 250, citans Ecclesiasticum, ait se citare S. Scripturam, ut patet hom. 8 in Num., hom. 4 in Iudic., hom. 9 in Ezech. Sic et Euseb. anno Christi 320, lib. 8 Prepar. c. 2, S. Basil. anno Christi 370, in c. 8 Isaie: « Ait, inquit, Scriptura: Cum consumaverit homo, tunc incipiet; et cum quievit, tunc indigebit; » que sunt verba Eccl. c. 18. Idem in regulis fusiis Disp. resp. 104: « Dicit, ait, divine littera: Sine consilio nihil fac; » que sunt verba Eccl. 52. S. Ephraem, anno Christi 370 adverbiis improbas mulieres: « Dicitum est, ait, a Sapiente: Brevis omnis militia super malitiam mulieris; que sunt verba Eccl. c. 25. Idem tract. de Patientia: « Ait, inquit, Scriptura: Fili, accedens ad servitatem Dei, dirige cor tuum, et sustine. » Cyrilus Jerosol. Catech. 6 citat illud Eccl. c. 5: « Altiora te ne quiesceris, et fortiora te ne scrutatis fuoris. Macarius Aegyptius anno Christi 370, homil. 10, citat illud Eccl. 24: « Qui edunt me, adhuc esurient. » S. Greg. Nazianz. ann. Christi 380, orat. 2 contra Julianum: « Qui potentes, ait, de sedibus depositis, et insuscipit, tem diademata ornat. Nam id quoque a Scripturis accipio: » puta Eccl. 41, 5. S. Greg. Nyssenus ann. Christi 380, hom. 5 in Eccl., citat illud Eccl. 40: « Vnum latifac cor, S. Epiphanius ann. Christi 380, in Ancorato: « Reprehendit nos, ait, Scriptura divina dicens: Quo tibi praecox sunt, ea considera. Et: Non est opus tibi occultis. Et: Altiora te ne quares, et profundiora te non expendas; » Eccl. 5. S. Chrysost. ann. Christi 400, hom. 55 ad pop.: Audi, ait, Scripturam dicentem: Sicut qui occidit filium coram patre, ita qui offerat sacrificium ex pecunis pauperum; » que sunt verba Eccl. 54, 21. Sic et Cassianus ann. Christi 450, collat. 2, c. 15, et collat. 6, c. 16, et Palladius illi coœvus in Dialogo de Vitâ S. Chrysost. S. Cyrilus Alexandr. ejusdem avi hom. quam Ephesi habuit: « Quibus rationibus, ait, patientia comparetur, id divina nos Scriptura edocet: Fili, ait, accedens ad servitatem Dei, prepara animam tuam ad tentationem, et dirige cor tuum, et consta esto, » Eccl. 2. Isidorus Pelusiot, discipulus S. Chrysost. ann. Christi 440, lib. 4, Epist. 106: « Loquere, inquit, Scriptura, in aures audientium, » Eccl. 25. Joannes Maxentius ann. Christi 500, prefat. in Dial. contra Nestorianos: « Divina, ait, Scriptura admonet: Ne confundaris logui veram pro animâ tua, et pro veritate certa usque ad mortem, » Eccl. 4. Anastasius Antiochenus ann. Christi 580, lib. 9 Hexam.: « Dicit, ait, Scriptura, quod vi nimis et mulieres separant à Deo, » Eccl. 25. Damascenus orat. 5 de Dormit. Deipara, citat quasi verba Script.: Altiora te ne quiesceris, Eccl. 5. Denique Josephus Hebreo-Grecus lib. 2 contra Apionem, Ecclesiasticum inter libros legis (id est, sacros), reponit, ait Genebr. lib. 2 Chronol.; citat enim quasi dictum à lego divina, illud Eccl. 42, 14: Melius est iniquitas viri, quam mulier beneficias, ut ibidem ostendat.

Tertio, idem probatur ex Patribus Latinis. Terull. qui floruit ann. Christi 200, de Exhort. castitatis, c. 2, ex Eccl. c. 15, citat illud: Ecce posui ante te bonum et malum. S. Caius Pontif. anno Christi 218, Epist. 4: « Dicit, ait, S. Scriptura: Post concupiscentias tuas non eas, et à voluntate tua avertere; » que sunt verba Eccl. c. 18. Fabianus Pontif. anno Christi 257, epist. 2: « Fili, ait, Solomon, in mansuetudine seru animam tuam, et ad honorem illi cui honor competit, » Eccl. 10 et 11. S. Cyprianus ann. Christi 250, de Operi et Eleemos.: « Loquiur, ait, in Scripturis divinis Spiritus sanctus, et dicit: Eleemosynis et fiducia peccata purgantur, » Eccl. c. 3. Eusebius Pontif., anno Christi 315, citat quasi S. Scripturam, illud Eccl. 14, 11: « Fili, si habes, benefac tecum, et Deo diligas oblationes offer. » S. Hilarius, ann. Christi 350, citat Eccl. 28, 28. S. Ambrosius, ann. Christi 370, de Bono mortis, c. 8: « Scriptura ait: Ante mortem non luctaveris quemquam, » Eccl. 11. S. Hieronymus ann. Christi 390, Epist. 55: « D'ina, ait, Scriptura loquiur: Musica in luctu, intempestiva nar-

*tio*, Eccl. 22. Rufinus, ann. Christi 390, citat illud Eccl. 21: *Sapiens audiens verbum, collaudabit, et adicat ad illud.* Ita ipse in *Benedictione Benjaminis*, S. Constantius, anno Christi 400, tract. 45: *Loquitur scriptura divina: Concluse elemosynam in corde pauperis, et ipsa pro te exorabit Deum*, Eccl. 29. S. August., ann. Christi 400, lib. 2 de Doctrin. christiana, c. 8: *Illi libri duo, alti, qui Sapientiam Salomonis, et alii, qui Ecclesiasticus inscribuntur, quoniam in auctoritate recipi meruerunt, inter propheticos numerandi sunt*. Et Epist. 248, a. lib. 7 de Genes. ad litt. c. 28, et de Curâ pro mortuis, c. 28, et ad Orosium contra Priscill, Ecclesiasticum vocat divinam Scripturam. S. Paulinus anno Christi 420, apud S. Hieron. tom. 10, Epist. 14, c. 1: *Veteris, ait, Scriptura celebrata sententia est, esse pudorem, qui gloria inveniatur et gratia; et esse ruris pudorem, qui soleat parere peccatum*, Eccl. 4. Maximus Taurinensis, anno Domini 450, hom. 4 de Eleemos.: *Dicit, ait, divina Scriptura: Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum*, Eccl. 5. S. Leo anno Christi 450, serm. 8 de Jejuniis 7 mensis: *Dicit, ait, Scriptura: Post concupiscentias tuas non eas*, Eccl. 18. S. Prosper lib. 1 de Viâ contempl. c. 8: *Ait, inquit, in Ecclesiastico Spiritus sanctus, Sic Ecclesiasticus vocant S. Scripturam Salvianus, anno Christi 480, lib. 5 ad Ecclesiasticam catholicaem; Gelasius, anno Christi 490, epist. 5; S. Fulgentius, anno Christi 500, lib. 4 de Remissione peccatorum, c. 12; S. Benedictus, anno Domini 500 in Regula, c. 7; S. Gregorius, anno Domini 600, in Psal. 4 Penitent. Alcuvius, anno Domini 500, de Virtut. et Vitiis, c. de ponitentia, et c. de castitate; Haymo, anno Christi 820, in c. 1 Epist. ad Rom., et in c. 1 ad Corinth.; Angelomarus, anno Christi 850, in lib. 1 Reg. c. 1; Paschasius Rhabertus, anno Christi 900, lib. de Corp. Sang. Domini, c. 2; S. Bernardus, de Gradibus humilitatis, anno Domini 1150; Innocentius III, anno Domini 1200, serm. 2 de Adventu; S. Laurentius Justinianus, anno Christi 1450, lib. de Ligo vita, tract. de Patientia, cap. 5.*

## CAPUT II.

Auctor.

Nonnulli censuerunt Ecclesiastici auctorem esse Salomonem, eò quod multi veterum illum citent nomine Salomonis, Ita Anacletus Pontif. Epist. 2, illud Eccl. c. 27: *Qui fudit foream, incidet in eam, citat nomine Salomonis*; Alexander 1, Epist. 5, illud Eccl. c. 55: *Sacrificium salutare est, attendere mandatis*, attributum Salomoni. Sixtus I, Epist. 1, arguens hereticos dicit, quod in Salomone Scriptura loquitur dicens: *Sicut in conspectu eorum magnificatus es in nobis*; que sunt verba Eccli. c. 56. Sic Quietus episcopus, in concilio Carthagin.; Felix I, Epist. 5; Innocentius I, Epist. ad Exuperium, cap. ult.; concil. Carthag. III, canone 47; Origenes, qui floruit anno Domini 230, hom. 8 in Numer. : *In libro, ait, qui apud nos quidem inter Salomonis volumina haberit*

solet, et Ecclesiasticus dici, apud Grecos autem Sapientia Iesu filii Sirach appellatur, scriptum est: *Omnis sapientia à Deo est.* Et hom. 4 in Ezech.: *Vide, ait, Salomonem sapientissimum omnium, quid de Dei correctionibus suspectetur: Fili, noli esse pugnans in disciplina Dei, neque deficias corripas ab eo;* et quae verba sunt Eccli. c. 7. Sic et S. Basil. in Reguli suis disput. resp. 17, verbi Eccli. c. 21, citat quasi Salomonis. S. Chrysost. in Psal. 154: *Salomon, inquit, ait: Contineas aquam in vestimento*, Eccl. c. 43. Iosyphus Hierosol. Presbyter anno Christi 600, lib. in Levit. *Dixit, ait, Salomon: Ante mortem ne laudes quipiam hominem*, Eccl. c. 11. 50. Fabianus Pontif. Epist. 2: *Fili, ait Salomon, in mansuetudine serua animam tuam*, Eccl. 10. S. Cyprian. Epist. 65, sive lib. 5, epist. 9: *Sed et Salomon, ait, in Spiritu sancto constitutus testatur et docet, quod sit sacerdos altiorum et potestas, dicens: Ex totâ animâ tuâ time Deum, et sacerdotes eius sanctificare*, Eccl. c. 7. Sixtus II. pontifex, hom. 237, Epist. 4: *Quod pater est, ait, id est etiam filius, Salomon dicit: Ego ex ore Altissimi prodidi, primogenitus ante omnes creaturam*, Eccl. c. 24. S. Marcellinus pontifex, anno Christi 296, citat quasi Salomonis illud Eccl. c. 14: *Ego sapientia habitaui in altissimis, et thronus meus in columnâ nubis*. S. Hilari. in Psal. 144: *In eo libro, sit, qui nobiscum Salomonis inscribatur, apud Grecos autem et Hebrewos, Sapientia Sirach habetur, ita monemur: Ecce circumvalla possessionem tuam spinis, argamentum et aurum tuum constitue, et ori tuo fac ostium et seram, et verbis tuis jugum et mensuram*, Eccl. c. 28. S. Ambrosius ad Virginem devotam, c. 2: *Non legeisti, ait, Salomonem dicentes: Bonis bona creata sunt ab initio: similiter impis et peccatoribus bona et mala?* Eccl. c. 55. Optatus Milevit, anno Christi 370, lib. contra Donat. : *Illud, ait, à Salomone discere nolui, quod ait: Absconde pacem in corde pauperum, et ipse pro te robasti*, Eccl. c. 29. S. Hieronymus, in c. 10 Eccles. : *Salomon, inquit, ait: Qui statuet laqueum, capietur in illo*, Eccl. c. 27. S. Maximus hom. 2 de Festo Pasche, Ecclesiasticus c. 24, citat nomine Salomonis. S. Leo ejusdem nomine citat Eccl. c. 2, serm. 1 de Quadrages. c. 5. Sic et Sedulius in c. 12 ad Rom., et Hormisdas pontifex, Epist. 6; Cassiodorus, in Psal. 55; Pelagius 1, Epist. ad Vigilium, S. Gregorius, hom. 1 in Ezech.; Haymo in c. 1 Epist. ad Rom.; Paschasius, lib. 2 de Corp. Domini, c. 2; Petrus Damiani, serm. 2 de Vito lignus; S. Bernardus, Epist. 5.

Verum certum est auctorem Ecclesiastici non esse Salomonem, sed Jesum filium Sirach. Probatur prius, quia sic inscribatur, hicque Ecclesiastici est titulus in omnibus codicibus Graecis.

Secundo, id docet Eusebius lib. 8 de Preparatione Evang., c. 2: *Simonis tempestate, ait, fuit Jesus, filius Sirach, fama celebris, qui Sapientiam, titulo omnium virtutum genera profitement, composit. S. Athanasius in Synopsi de Ecclesiastico: Hie, itaque,*

*ait, Jesus, cum esset Salomonis sectator, haud minus illo in illustranda sapientia, et pietatis disciplina strenuum se gessit, verè multisca existsit et doctus.* Procoptius Gazaetus prefat. in Gen. : *Laudanda est, ait, illa Sirach admonitio: In supervacanciis operam tuorum ne sis curiosus plura enim intellectu hominum ostensa sunt tibi*, Eccl. c. 5. Antiochus, hom. 2: *Jesus, ait, Sirach filius dicit: Insomia extollunt imprudentes*, Cassiodorus lib. 1 Inst. c. 15, enumerans S. Scriptura libros: *Salomonis, ait, libri quatuor: Jesu, filii Sirach, liber unus*, S. Hieronymus in c. 9. Daniel: *Jesus, ait, filius Sirach, scripsit librum, qui Græco: πανάγιος; appellatur, et aplerisque Salomonis falso dicitur*, S. Isidorus Pelus. lib. 4, epist. 228; S. Epiphanius lib. 1, tom. 1, heresi 8.

Tertiò, id ipsum evincit prefatio Ecclesiastici, quam aliqui censem habere auctoritatem S. Scriptura, aliud eam proxime accedere. In prefatione enim disertè ait Jesus, Siracides junior, Ecclesiasticum esse compositionem ab suo Iesu, filio Sirach; à se verò esse traductum.

Quarto, id ipsum demonstratur ex c. 50, 29, ubi sic dicitur: *Doctrinam sapientiae et disciplinae scriptis in codice isto Jesus, filius Sirach, Hierosolymita, qui renovavit sapientiam de corde suo. Unde patet id ipsum esso de fide. Haec enim sunt verba S. Scriptura, et Spiritus sancti, ideoque fide credenda. Denique c. 51, titulus est: Oratio Jesu, filii Sirach.*

Quinto, quia in fine Ecclesiastici recensentur elogia Salomonis, Roboam, Ezechias, Josia, Isaiae, Jeremie, et ceterorum prophetarum, qui diu post Salomonem vixerunt.

Dices: *Cur ergo Origenes, Iosyphus, et alii paulò ante citati, Ecclesiasticum attribuunt Salomon? Respondere: Variz sunt causa. Prima, quia Ecclesiasticus imitator Salomonem: habet enim similes morales sententias. Hanc causam dat S. Athanasius in Synopsis, et Praefatio Ecclesiastici Graecanica: Sanè, inquit, hic Jesus Salomonis fuit sectator, nihil minus illic sapientiae et eruditio nomine probatus, ut quod multiscimus verè fuerit, et sit appellatus. Jesus ergo, filius Sirach, sive Siracides, fuit quasi alter Salomon, in quo verus aui Salomon.*

Secunda, quia nonnulla deponunt ex Salomone, partim edita, partim non edita: Salomon enim plurima dixit et dictavit, que non sunt edita, ut patet 5 Reg. 4, 52. Sparsas ergo Salomonis sententias collegit et digessit Siracides, suisq; additis librum hunc confluxit. Simili enim modo ex sparsis Salomonis sententias in unum collectis, confitatis est liber Proverbiorum, ut colligitur ex Prov. 25, 1. Edita à Salomone, que citat vel imitatur Siracides, inferioris colligam. Hanc causam post Driedonem lib. 1 de Scriptoribus Eccl. c. 5, das Bellarm. lib. 1 de Verbo Dei, c. 14, et Thomas Waldens. lib. 2 Doctr. fidei, art. 2, c. 20: *Ecclesiasticus, ait, dicta antiquorum patrum collegit, scilicet ipse refert: Qui renovavit, cinquit, sapientiam de corde suo.*

Terza, quia Ecclesiasticus, utpote sapientialis et moralis, solet amneuti libris Salomonis, putâ Proverbis, Ecclesiaste, Canticis et Sapientia. Unde hi quinque libri censemunt unus totonc S. Script. putâ Sapientia, sive sacra Ethica. Quia ergo ceterorum quaerunt auctor est Salomon, hinc et quoniam ei attributus est, omnesque nuncupati sunt Sapientia, sive libri sapientiales. Salomoni, à precipuo et potissimo auctore. Hanc causam dat Orig. initio citatus, et Innocent. I, Epist. ad Exuperium c. 7, enumerans S. Scriptura libros: *Salomonis, ait, libri quinque.*

Quarta. *Ecclesiasticus*, inquit Rabanus lib. 5 de Universo, c. 3, propter nimiam sensu similitudinem, et eloqui parilitatem, Salomonis titulo prænotatur. Constat autem hunc librum sub Jesu, filio Sirach, editum fuisse, et inter reliquos S. Scripturæ libros pari habitum veneratione. Sic et S. Aug. lib. 2 de Doctrina christiana, c. 8: *Duo, ait, libri, quorum unus Sapientia, et alius Ecclesiasticus inscribitur, de quâdam similitudine Salomonis esse dicuntur, id est, propter similitudinem argumenti, stylis et phrasis, ut idem ait de Curâ pro mortuis, c. 15. Sic invicta Ciceronis in Antonium, subinde Antonine, sequitur Philippice vocant, quia similes sunt Philippicis Demosthenis, quas ipsa contra Philippum, Alexandri Magni patrem, declamavit.*

Quintam dat Paulus à Palacio hic in Praefat.; censem enim Jesum, filium Sirach, vocatum alio nomine Salomonem; aut (quod verisimilium est) quod Jesus hic titulum Salomonis suo libro præfixerit, ut quem Salomonis nomine faciebat, ut fecit Plato, qui nomine Socratis Dialogos scripsit, et Cicero, qui nomine Catonis et Læli quosdam libros intitulavit. Tandem, creditibile est librarius hujus libri nomen impo-suisse; auctor quippe Hieronymus est titulum Ecclesiastici apud Hebrewos esse *Misle*, id est, parabolæ Salomonis. Cum igitur librarii incidissent in hunc titulum, putarunt esse Salomonis, et eum nomine illo vindicarentur. Hec Palacio. Quocirca post Siracidem, Deo duce, dabo Salomonem tomo uno, patre Proverbis, Ecclesiaste, Sapientiam, et foris Cantica. Supererunt deinde duo tomi, alter librorum historialium, alter Psalmorum et Job, quibus omne vetus Testamentum complectar. Claudet agmen quartus Evangeliorum tomos, quo universam S. Scriptura periocham, si vitam virisque Deum dederit, absolvam, orbenque sacra encyclopedie concludam; qua de causa brevis, more meo, sed nervoso, exactus et succulentus sim oportet, ne et tomi nimis multiplicentur, et vita mea citius quam opus deserat. Sunt et crunt qui, partiis inter se libris, desiderantibus prolixiora, singuli et singulos commentaria scribant.

Quares quis fuit hic Jesus, filius Sirach? Resp. primo: *Fuit civis Hierosolymitanus, ut patet c. 50, 29. Atque hoc est eius prosopis: Sirach genuit Iesum seniorem, qui composuit Ecclesiasticum; Jesus senior genuit Sirach junorem, cui moriens Ecclesiasticum consignavit; Sirach junior genuit Iesum junio-*

rem, qui Ecclesiasticum ab avo compositum ex Hebreo in Graecum idioma traduxit.

Secundo, Jesus senior auctor Ecclesiastici, fuit vir eximie sapientis, ut patet c. 51, v. 18 et seq., adeo ut sui avi Salomon vocaretur, ut paulo ante ostendit: quia de causa per varias regiones peregrinatus est; hoc enim ipsi sapienti faciendum prescribit c. 39, 5; unde videtur fuisse vir magnus et princeps: ait enim c. 51, 15: *Ezrae super terram habitationem meam.*

Tertio, idem fuit propheta; eum enim prophetat vocal S. Anacletus, Epist. 2; S. Evaristus, Epist. 4; S. Chrys., in c. 6 Genes.; Opitius Milevit., lib. 4 contra Donatistas; Gildas, in excido Britanniae. Casarius Arlatensis, qui floruit anno Christi 470, hom. 15: Propheta, ait, clamat Spiritus sanctus: *Sicut aqua extinguit ignem, sic elemosyna extinguit peccatum.* Eccl. 3. Procopius Gazeus, in c. 55 Isaiae: *De se, at, in prophetis dixi Christus: Ecce ego in celo in eis, tangiū fluvium pacis,* Eccl. 23. Quocirca S. Augustinus, lib. 2 de Doctr. christ. 8, 2, Ecclesiasticus numerat inter libros propheticos. Sic et S. Prosper, lib. de Praedict. et Promiss. part. 2, c. 53. Et patet, quia Ecclesiasticus prophetat de Eliā et Henoc venturis in fine mundi, c. 44, 16, et c. 48, 10. Item de Christi descensu ad inferos, c. 24, 43: *Penetrabo, ait, omnes inferiores partes terra, et inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in Domino.* Idipsum confirmat S. Anselmus in 2 Cor. 14, ex c. 24 Ecclesiasticus, v. 46, ubi ipsi de se ait: *Aduce doctrinam quasi prophetiam effundam.*

Quarto, peregrinando per varias regiones devenit in Aegyptum, ubi videtur Ecclesiasticus composuisse; ibi enim eum nepos inventus, ut ipse ait in Prologo: *Aegyptus enim tunc erat sapientia et sapientium dominium.* Unde sub ideo tempus facta est Alexandriae in Aegypto versio S. Scriptura ex Hebreo in Graecum per septuaginta Interpretes.

Quinto, Jesus, auctor Ecclesiastici, vixit paulo per Alexandrum Magnum, postea Ptolomei Philadelphi, qui evocatis erunt Jerusalem doctoribus S. Scripturam ex Hebreo curavit varti in idioma Graecum per Septuaginta Interpretes, ut ei ornaret sumam bibliothecam, quam copiosissimum Alexandria instruebat. Id liquet, primo, ex eo quod nepos eius, puta Jesus junior, qui Ecclesiasticum ab avo, puta Jesu senior, composuit, ex Hebreo in Graecum vertit, in prologo dicat se id fecisse tempore Ptolomei Evergeti: hic enim Ptolomeo Philadelpho, quasi fratri frater, in regno Aegypti successit. Unde colligas Jesus seniorum vivisse tempore Philadelphi et septuaginta Interpretum; ideoque Genebrardus, in Chronol. lib. 2, et alii probabiliter coniunctum cum fuisse unum est septuaginta Interpretibus. Hinc et Aristoteles in Histor. septuaginta duorum Interpretum, recensens eorum nomina, recenset et Jesus; quin et addit Ptolomeum instruisset regale convivium septuaginta Interpretibus, in quo more veterum eisdem totidem questiones morales, ethicas et politicas proposuit, cuique scilicet unam; additique singulorum responsa et sententias, quae plane similes

ei subinde edend sunt cum hisce Siracidis. Ac fortè occasione harum propositionum regalium Siracles librum hunc ethicum conscripsit; junior verò Jesus, puta nepos, qui vixit sub Evergete, floruit paulo ante tempora Machabeorum.

Secundù, idipsum liquet ex S. Hieronymo in c. 9 Daniel, dñm ait: Post mortem Jaddi sacerdotis, qui sub Alexandre Magno tempore præfuit, suscepit pontificatum Onias, etc. Post Oniam præfuit Judeas pontifex Eleazarus. Quo tempore septuaginta Interpretes S. Scripturas Alexandria dienunt in Graecum vertisse sermonem; post quem alter Onias, cui succedit Simon: qui regente populum, Jesus, filius Sirach, scripsit librum qui Graecè *ταῦτα*: appellatur, et à plerisque Salomonis falso dicitur. Cui succedit in pontificatum aliud Onias, qui tempore Antiochus Iudeos diis gentium immolare cogebat. Quo mortuo, Judas Machabeus purgavit templum. Ubi nota ex Josepho lib. 44 Antiq. in fine, et lib. 12, c. 2, 5, 4, 5; haec fuit series pontificum Judeorum illius ait: Jaddi pontifex, qui occurrit Alexandre Magno, genuit Onias; Onias genuit Simonem Justum, et ejus fratrem Eleazarum, qui misit Septuaginta Interpretes ad Ptolomeum Philadelphum; Simon Justus genuit Oniam secundum, cognomento Avarum; Onias Avarus genuit Simonem secundum; Simon secundus genuit Oniam tertium, cognomento Sanctum, qui vixit tempore Machabeorum: unde cum defunctum vidi Judas Machabeus orantes pro populo, ac ostendentes Jeremiam, qui Judee porrigit gladium sanctum, quo debellares hostes Israel, de quo 2 Machab. c. 5 et c. ult. v. 12.

Tertius, idipsum colligitur ex ipso Ecclesiastico, qui elogia patriarcharum et pontificum concludit c. 50, elogio Simonis pontificis, qui fuit frater Eleazar, sub qua facta est versus septuaginta Interpretum; ita enim de eo scribit c. 50, ac si videtur eum pontificibus indutum in euctu populi hostias offerentem. Ille enim Simon non fuit secundus, scilicet, Onias Avari filius, ut putavit Eusebius in Chron., et ex eo Beda lib. de sex Aetatis mundi, in Ptolomeo Evergete, ac Lyra, sed fuit primus cognomen Justus, ut colligitur ex dictis et ex dicendis c. 50. Hic enim paulo ante erat defunctus, cum Jesus senior hac scriptis sub Eleazaro, qui Simoni fratri in pontificatu successit. Et hic Simon adeo fuit sancus, ut, teste Josephib. 42, cap. 2, cognominacionem haberet justi: *Et quid et Deum, inquit, nisi coleret, et cives summā prosequeretur benevolentia.* Jesus ergo senior scripsit Ecclesiasticum sub ideo tempus, quo septuaginta Interpretes cederent suam versionem post Alexandrum Magnum sub Ptolomeo Philadelpho, 250 annis ante nativitatem Christi; ita Torniellus, in Annal. ad annum mundi 5198, et Genebrardus, anno mundi 5797; Beda, et alii. Jesus vero junior Ecclesiasticum in Graecum transiit sub Ptolomeo Evergete, fratre Philadelphi. Quare errat Isidorus lib. 4 de Eccl. Officis, c. 12, qui Jesus juniorem facit auctorem Ecclesiastici, quasi ille ex avo scriptis eum composuerit, cum ille dunt-

xat libri ab avo compositi fuerit interpres. Sed felicitate Isidorum, quod corrupte in prologo Ecclesiastici legerit: *Voluit et ipse scribere aliquid horum, cum legendum sit: Voluit et ipse, scilicet, avus mens, aliquid scribere.* Ex dictis sequitur Jesus seniorum, auctorem Ecclesiastici, non fuisse nepotem Eleazari pontificis, qui misit septuaginta Interpretes ad Ptolomeum Philadelphum; uti contendit Janzenius, ex eo quod c. 50, 29, Graeca nonnulla habeant: *Dicitur nam sapientia et disciplina scriptis in codice isto Jesus, filius Sirach, filii Eleazar;* nam et filii Eleazar expungit codices Graeci Roma correcti, et Latini omnes. Cum enim Jesus senior scripsit Ecclesiasticum tempore Ptolomei Philadelphi, quando ponitius fuit Eleazar, fieri nequit ut Jesus hic Eleazar fuerit nepos; debuit enim sub Ptolomeo et Eleazar esse puer, id est inceptus ad scribendum Ecclesiasticum; nisi dicas Eleazarum fuisse admodum semem septuaginta et amplius annorum, ut in nepos eius Jesus trinitas circiter annorum existens compuerit Ecclesiasticum. Fuit enim Jesus precoci ingenio, et à juventute orando et studendo quiescit sapientiam, ut ipse ait c. 51, v. 18 et 19. Igitur Ecclesiasticus Hebraicu[m] in Jesus Sirach senioro scriptus est initio regni Ptolomei Philadelphi, vel certe sub nomine regni Ptolomei Lagi: nam scriptus est paulo post mortem Simonis Justi pontificis; illius enim quasi recente defuncti laudes decantat c. 50, 1: *Simon, inquit, Onias filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsi domum, et in diebus suis corroboravit templum.* Simon autem hic defunctus est quatinus annis ante finem regni Ptolomei Lagi: nam anno 57 Lagi successit ei in pontificatu frater Eleazarus, qui post sex annos misit septuaginta duos Interpretes ad Ptolomeum Philadelphum, ut S. Scripturas ex Hebreo vertentem in Graecum; Ptolomeus enim Lagi vita functa est anno regni 40, et mox successit filius Ptolomeus Philadelphus, qui anno tertio regni evocavit septuaginta duos Interpretes. Que omnia tradit Eusebius in Chronico. Ex quibus liquet Ecclesiasticum conscriptum esse sub ideo tempus, quo Septuaginta duo Interpretes cederent Graecam S. Scripturas versionem, quod fuit Olympiadis 124 anno tertio, post Alexandri Magni mortem, 45 qui fuit Graecorum sive Seleucidarum anno 51.

Sexto, Jesus hic per multas et horrendas tribulationes probatus à Deo, deodatus est ad culmen perfectionis. Unde ipse c. 51, generatim eas recensens, ab his quasi per miraculum liberatum gratulatur, et exultans Deo gratias agit; ac tandem post superatas miserias feliciter in pace requievit. Iudicem enim ait: *Modicum laboravi, et in mei miki multam requievi.* Denique, clm sermo sit mentis imago, atque ex abundantia cordis os loquatur, ex hoc ejus opere de virtutibus quibuslibet absolutissimo, liquet eum iis omnibus excelluisse, suaque de iis sensa hic expressisse, adeoque se ad ymum hic depinxisse, vivamente sua mentis ideam efformasse. Quocirca hic Jesus sua patientia, doctrina, prophetia, aqua ac nomine,

typum gessit, et representavit Jesum Christum patientem, docentem, prophetantem. Ubi nota: Tres fuere viri celebres qui hoc nomen preteruerunt. Primum fuit ante captivitatem Babyloniam, scilicet Iose, successor Mosi in ductu populi; hunc enim Septuaginta vocant Iesum; Hebraicē enim Iose idem est quod Jesus, id est, Jesus. Secundum fuit in captivitate, scilicet Jesus, filius Iosedec pontificis, Zachar. 5, 4, Aggei 1, 4. Tertius fuit post captivitatem, scilicet Jesus, auctor Ecclesiastici. Sicut ergo Iose representavit Christi dueatum et regnum, quo suos fideles in terram promissa, puta in regnum coeleste deducet; Jesus verò, filius Iosedec, utpote pontifex, representavit sacerdotium et pontificatum Christi, ut patet Zachar. 5, 1: ita pariter hic Jesus noster representavit Christum, quatenus ipse fuit doctor et propheta mundi. Hinc patet errare eos qui ex Isidoro, lib. 1, de Eccl. Offic. c. 12, Jesus hunc nostrum cumdem esse consent cum Iesu, filio Iosedec; nam Jesus Iosedec sive Zorobabel, Aggeo, Zacheria et Iesdra floruit sub Dario Hystaspis, ut patet Aggei 1, 1. Darius autem 200 annis praecessit Alexandrum Magum; Alexandro autem successit Ptolomeus Lagi, et post eum Lagi filius Ptolomeus Philadelphus, sub quo Ecclesiasticum conscriptus noster hic Jesus. Probabile tam est, quod censet Genebrardus in Chron., Iesum hunc pregnatum de stirpe Iesu, filii Iosedec pontificis, ejusque proinde nomen usurpare, idque omnino dicendum est, si cum Janzenio assenserum Iesum hunc fuisse nepotem Eleazarum pontificis; hic enim recta serie à Iesu filio Iosedec prognatus descendit.

### CAPUT III.

*Scriptus est hic liber idioma Hebreo à Iesu seniore, sed à nepote eius Iesu junior in Graecum tradactus, ut ait S. Epiphanius, lib. de Ponderibus: inō ipse Jesus junior in Prologo: Deficiunt, inquit, verba Hebraica, quando fuerint translata ad alteram lingua.*

S. Hieronymus Hebraicu[m] se vidisse testatur prologo in libros Salomonis. Suscipiantur nonnulli Hebraicū originales esse illud ipsum quod ab Hebreis colitur nomine Ben-Sira, adeoque Iesum Sirach esse Ben-Sira, cuius apud Hebreos existant cum scholiis Proverbia, tum quia Ben-Sira penitendam habet sententias cum Ecclesiastico, tum quia Ben-Sira Hebraicu[m] idem est quod filius Sira vel Sirach, puta Jesus Siracides. Verum librum Ben-Sira diversum esse à libro hoc Ecclesiastico, liquet utrumque conferenti. Rursus diversum esse Iesum Sirach à Ben-Sira, quatuor rationibus probat noster Serarius, in notis ad Epist. 1 S. Bonifacii, et ex eo Gresserius, lib. Defens. Bellarmini, c. 14. Prima est, quia Ben-Sira Hebraicu[m] ultimam litteram habet 8, Sirach autem habet 7. Secunda, quia communiter Hebrei tradunt, Ben-Sira vixisse altera post Jeremiam aetate; Iesum Sirach autem vixit diu post, tempore Ptolomei Philadelphi. Tertia, quia Ben-Sira dicitur filium ha-

buisse Uziel, et nepotum Josephum; Jesus Sirach autem filium habuit Sirach, et nepotem Jesum. Porro Uziel isto et Josephus, velut eximi sapientes, citantur ab Hebreo Scholiaste Proverbiorum ejusdem Ben-Sira. Quarta, quia Ben-Sira multa habet quae non habet Ecclesiasticus, rursum Ecclesiasticus multa habet quae non habet Ben-Sira, adeoque liber Ben-Sira totus alius et diversus est ab Ecclesiastico. Quis credit eundem auctorem de isidere penitentibus, et eodem modo ab his phrasib; adeo diversos scripsisse libros, nec ullam hujus rei dare significationem? Adde quinto, quod Ben-Sira habeat nonnulla quae minima sana et vera videntur, certe male sonant; quale est illud alphabeto 2, littera ain: *Oculos tuos absconde a muliere vidui, et ne concupiscas pulchritudinem ejus in corde tuo, quia filii ejus fici scortationem sunt.* Videunt enim hic damnum viduitatem et matrimonium cum vidua; aut certe uitio similitudine longissime petit, quia vidua ad novas nuptias aspirantem comparat cum meretricie, que multos viros adiunxit; nisi dicas sensus esse, dicit: Ne in uxore ducas viduam, quia, si id feceris, molestiam et probrum tibi accersere ob ejus filios, qui, cum patrem non habeant, et matrem non timeant, liberè agunt quod libet, ac scortatione indulgent; horum enim scortationes et sceleris tibi quasi vitre, vel adscercent, vel infamiam afflant: qui sensus sanè verus est et commodus.

Dicendum est ergo Ben-Sira aliud esse à Iesu Sirach (1), sed unum ab alio pluribus esse mutuat. Si prior fuit Ben-Sira, ut volunt Hebrei, oportet dicere ex eo Iesu Sirach multa deprompsisse. Haec omnia planè constabunt ex Alphabeto Ben-Sira, quod sub finem capituli quinti attexan. Sanè vidi in bibliotheca Vaticana Ben-Sira manuscriptum Chaldaicè, sed longè imparem, immò disparsum nostro Siracidi; nam statim in ipso limine prologi reperi nomen Iudaicæ, et indigna quadam, quæ Jeremias Prophetæ affinguntur. Propter Sirach Hebreicæ idem est quod superflues, abundans, luxurians, scilicet sapientia, sententiis et proverbiis: *תְּרֵשֶׁךְ* sirach enim est superfluere, luxuriare; aut sirach, id est, explicans implicata et obscura, vel circumflectens sermones suis; *תְּרֵשֶׁךְ* seroch enim est corrugia; inde *תְּרֵשֶׁךְ יְהוָה* mesarecher Jeremie 2, 23, est explicans vel circumflectens vias suas, ut corrugia ligatur in circuitu caleci. S. Hieronymus verit, explicans; et hoc fortè vult Syrus, dum pro Sirach verit astro, id est, ligatus q. d.: Colligatas et arcanas sententias enuntiantis et explicantes: nisi malis ligatum dici, è quod à Ptolomeo Lagi in-

(1) Versio Syriaca in polyglottis Londinensis, jam plus, jam minus, quam Graeca exhibet; ex Græco tamen descendere potest. Ast Bentzen, Exercit. Critic. 1788, contendit filiam esse textus Hebreicæ, idque varietatis, quæ nonnisi in lingua Hebreicæ oriri potuerat, comprobare studuit. Non liquet. In codice Syriaco hexaplati, qui asservatur Mediolani, inventior etiam Ecclesiasticus Syriacus, qui nondum examinatus est. Arabicæ versio in polyglottis Londinensis, in lectioibus singularibus cum versione Syriaca facit, quæque illa esse videtur. (Jahn.)

ter ceteros Iudaicorum captivos ligatus fuerit et ipse, vincutus abductus in Agyptum. Nam à Chaldaicis in captivitate Babylonia ligari non potuit, utpote ea 270 annis posterior. Captivitas enim Babylonica duravit septuaginta annis usque ad Cyrum, qui eam solvit; a Cyro autem usque ad Alexandrum Magnum, cui successit Ptolomeus Lagi, duixerunt anni ducenti. Favet quid Sirach per caput in fine Syriacæ idem est quod corruptus, lassus, damnō affectus, noxam passus; *תְּרֵשֶׁךְ* sirach enim est corrumpere, laedere, nocere. Sin per chet scribatur sirach, Syriacæ idem est quod adhærens; sirach enim per chet significat adhædere. Denique sirach per w initio, Syriacæ idem est quod superstes, reliquias, residuas. Igitur titulus hujus libri in Syriaco sic habet: *Liber Iesu, filii Simonis Asiro* (id est, ligati, vinciti) *qui vocatur liber Sapientie filii Asiro.* Ex quo liquet asiro Syriacæ idem esse quod Hebreicæ sirach, illudque non esse nomen proprium (cum proprio vocetur Simon, sicut Ben vel Bar Jona, puta S. Petrus, proprio nomine vocatus est Simon), sed cognomen, vel agnomen. Verum cognomen hoc usi in nomine proprio transit; nam et nepos avum summ libri auctorem in Prologo; et Ecclesia ac ecclesiastici scriptores eum non allo nomine quam Iesum filium Sirach nuncupant.

Denique si sirach per tsade scribatur, idem est quod vociferator, præcox, concionator, doctor; *תְּרֵשֶׁךְ tsarach* enim, vel sirach (quia Septuaginta S. Hieronymus caterique interpres tsade Hebreum rediunt per Latinum S.), idem est quod elat et contenta voce clamare, vociferari. Talis sirach, id est, præcox, fuit S. Joannes Baptista, juxta illud de eo oraculum: *Vox clamantis in deserto, Isa. 40, 5 et 9: Exulta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Ierusalem; exulta, noli timere.*

Probabile est Ecclesiasticum non propter sermonem Hebreo, sed corrupto, quali utchatur Iudei post redditum à Babylone (sui enim avi Iudeis eum conscripsi Siracides), puta Syriaco esse conscriptum. Ita Bellarm. lib. 2 de Verbo Dei, cap. 4, censem, hinc librum primitus Syriaco esse editum, aquæ ac Evangelium S. Matthæi et Epistolam ad Hebreos. Unde Widmanstadius, et Guido Fabricius, qui nuper tam Evangelium hoc, quæm Epistolam Syriacæ ediderunt, censem illum ipsum Syriacum textum esse autographum. Par ratione de Syriaci editione Ecclesiastici, quis suspicari posset, illum ipsam esse originalem, quia hic liber scriptus sit à Siracide. Verum, prefatione in Epist. ad Hebr. ex dialecto et idiotismis Syriacæ lingue modernæ, valde differens ab idiotismis lingue Syriacæ tempore Christi, et multo magis tempore Siracidis, ostendit id ipsum parum videri probabile, quare Syriacum versionem esse recentiorem, presertim quia illa in Ecclesiastico validè differt à textu Græco, et magis à Latino, coque concisione est: subinde etiam multa addit paraphrastice, quæ nec in Graeco, nec in Latino habentur, ut patet intuens caput primum (1). Sed de eis mox plura.

(1) David Gans, in lib. Zemach David, p. 65, ne-

Jam verò sicut certum est Jesum nepotem avi librum, puta Ecclesiasticum, ex Hebreo in Græcum convertisse, ita incertum est quis eum ex Græco vel Hebreo in Latinum transtulerit, quisque sit auctor Vulgate versionis Latinae Ecclesiastici; certum enim est non esse S. Hieronymum; licet enim ipse sit auctor versionis Vulgatae; ab eam expiendi sum primum, Psalmi; hos enim habemus ex versione Septuaginta, à qua versio S. Hieronymus planè diversa est, ut patet utramque conferentes. Secundo, novum Testamentum; hoc enim non verit, sed prius versum emendavit S. Hieronymus. Tertiù, Ecclesiasticus, Sapientia; et uterque Machabeorum; hos enim non habere ex versione S. Hieronymi, sed ex antiqua translatione, cuius auctor ignoratur, tribus argumentis evincit Bellarm. lib. 2 de Verbo Dei, c. 9. Primum est, quia B. Hieronymus nosquā affirmat se transstulisse hos libros, neque ultra extat prelationes ejus in his libros, cùm tamen in Epist. ad Augustinum q. 11, inter Epist. Augustini, dicat se singulis libris prelationes praefixa. Secundo, quia B. Hieronymus hos libros arbitrabatur apocryphos, ut patet ex prologo Galeato, et ex prelatione Proverbiorum; proinde verisimile est cum neglexisset horum librorum interpretationem. Tertiù, quia nulla citantur ex his libris à B. Cypriano, presertim in lib. de Exhortatione martyrii, et alias Patribus B. Hieronymi antiquioribus, ex modo proorsù, ut nos in nostrâ Vulgata editione habemus, ut patet, si conferas verba Tertulliani, Cypriani, Sixti, Calixti, Fabiani, Eusebii, Hilarii, Marcellini, et aliorum, que citavi c. 1 et 2, cum verbis Vulgatae versionis Eccle-

sante pas que Ben-Sira ne soit le même que Jésus, fils de Sirach; et il est suivi par Spolière, par Huet, par Hottinger, par Cartwright, par Cornille-Bonaventure Bertrand, et plusieurs autres.

Nous sommes aussi très-persuadé que ces deux auteurs prétendent n'en sont qu'un, et que les Juifs, très-ignorants en matière de chronologie et de généalogies anciennes, ont tiré du livre de l'Ecclesiastique un nombre de sentences choisies qu'ont été attribuées à leur Ben-Sira, et qu'ils ont voulu différencier du notre, en le reculant dans des temps plus éloignés. Il est impossible qu'une telle ressemblance de noms, de sentiments et de paroles, soit l'effet du hasard. Le livre de l'Ecclesiastique n'a point été connu en Hebreu. Saint Jérôme assure qu'il l'a vu en leur langue. Les rabbins le citent assez souvent en hebreu. La Ghémâre du Thalmud, en partie, lorsqu'elle explique la décision des rabbins, qui défendent la lecture des livres étrangers, comme seraït, dit-elle, Ben-Sira. Elle donne une raison obscure de l'exclusion de cet ouvrage; mais cette obscurité est développée dans la glose du rabbin Salomon Yarhi, qui dit qu'on l'a rejeté, ou plutôt qu'on ne l'a pas admis dans le canon des Ecritures, parce qu'il reconnaît la pluralité des personnes en Dieu. C'est en effet ce que l'on peut remarquer dans l'Ecclesiastique, chap. 1, 9, chap. 24, 5 et 51, 14. D'autres soutiennent que c'est un autre Ben-Sira, qui est condamné dans le Thalmud, parce qu'il contient, disent-ils, quelques préceptes de magie; mais ces prétextes de magie ne sont que de vains prétextes. La vraie raison sont les passages que nous employons contre les Juifs pour établir la croissance de la très-sainte Trinité. (Bible de Vence.)

Tradunt Syri nonnulli, versionem Syriacam librum veteris Testamenti qui tum conscripti erant factum esse ex Hebreo, iussu Salomonis, ad instantiam Hiram regis Tyri, sui amici; ceterorum verò posteriorum, ac presertim novi Testamenti, factam esse à Thaddæo Apostolo, cùm is missus fuit ad Abagarum regem Edesse in Syria, licet alii à S. Marco traducant velint. Georgius Michael Amiras, Maronita Edensis, lib. de Chaldaicæ lingue utilitate, preludio 4, Syram translationem novi Testimenti tradit editam ab Apostolis, vel ab Apostolorum discipulis; veteris verò Testamenti, inquit, translatis in linguan Syriacam, tempore S. Thaddæi Apostoli, et Abagari Syrorum regis, facta fuit, ut traditur in Prologo quodam Syriaci Psalterii; additque Syriacam versionem veteris Testamenti summâ in veneratione apud Orientales haberi, et publicè in omnibus eorum Ecclesiæ antiquissimis, constitutis in Syria, Mesopotamia, Chaldaea, Egypto, et denuo in universis Orientis partibus dispersis ac disseminatis, lectam hancutus, et legi assidue.

Verum ali consent modernam Syriacam versionem aeo S. Marci et S. Thaddæi posteriorem esse; idque ex dialecto diversa, et idiotismis propriis, quos habet

Syriaca moderna diversos à Syriacā quæ ful tempore Christi, existat in nominibus propriis novi Testamenti: quod verū esse ostendit Praefat. ita Epistola ad Heb. Accedit quod Ephraem Syrus, qui Syriacē scriptis, aliter citet sententias quam mōtō habeantur in versione Syriacā; ut tract. de Timore Del. initio tomī 5, ita legit Eccl. c. 5: *Fili, in mansuetudine opera tua perfice, et ab homine acceptabilis diligere.* Pro quo moderna Syriaca sic legit: *In omni, quod magnum est in mundo, humilia te ipsum; et coram Domino invenies misericordiam, quia molte sunt misericordiae Dei, et humilis arcaña revelantur. Et paup post, pro eo quod Eccl. c. 5, 50, nostra versio habet: Synagoga superborum non erit sancta; frater enim peccati eradicabitur in illis, et non intelligitur; S. Ephraem legit: Obdūtior superbia non est sanitio; frater enim peccati radicatur in illa.* Syrus vero modernus sic habet: *Plaga illorū non habet mediam, quia à plantā praeplata ejus. Plura tanta ibidem et alibi habet S. Ephraem diversa à moderna Syriaca, quæ planē arguit, ipsum alia antiquiore versione Syriaca esse usum. Nam S. Ephraem non scripsisse lingua peregrinā, et, ut nonnulli volunt, sibi incognitā; puta Graecā, sed Syriacā, utpote patriā, diserte docet S. Hieron. lib. de Scriptor. Eccles. in Ephraem, Cardin. Baroniū, et S. Ephraem interpres Gerardus Vossius initio tomī 2. Hinc et in monte Libano Syriacē extant Commentarii manuscripsi S. Ephraem (atque similes magni illius S. Jacobi Nisibis Episcopi), qui interfuerū concilio Nicenoū et universi S. Scripturam uti Romā à Maronitū acceperū: quæ utinam quispiam in Latinū converteret et ederet. At hōc tamēt quā respondere possit interpretari, qui S. Ephraem ex Syro in Grācum translatus, pro Syriacā versione S. Script. S. Ephraem substitutionē versionē Grācum, utpote Grācis, quibus scriberet, cogitanti; siue Evangeliste recententes S. Scripturā sententias citatas a Christo Hebreacē, utpote apud Hebreos, recitat eas iuxta versionē Grācum Septuaginta utpote gentibus, quibus scriberebant, motorem. Sed nō per hēc omnīa satisfaci. Nam S. Ephraem etiam Ecclesiasticū, aliasque Scripturas, nūne consentit cūm Grāco, nūne cūm Latina Vulgata; nūne ab utrāque dissident, ut patet intuenti, et idipsum annotavit interpres S. Ephraem Gerardus Vossius annō ad centū capita, sive Apophthegmatū S. Ephraem.*

Denique Vulgata Latina versio Grācis omnibus, Syris et Arabicis planē est antīferenda: tum quia eam p̄ om̄ibus sui cōculō probavit concilium Tridentinū, sess. 4: tum quia est antiquissima, ut jam ostendit; tum quia magis pura et incorrupta est, et immediate ex Hebreo (uti et cetera Scriptura) in Latinū tradūcta, ut videat; idque ex eo colligunt quod in multis discrepet à Grāco: multa enim addit., multa dēnit.

643 que collegi ea quæ olim Lovani Ecclesiasticum prælegens, breviter annotavi: nunc verò jussus eadem typis vulgare, locupletabo, sequarque Ecclesiasticum de se dicentem c. 55, 18: *Rēspicite, quoniam non inīciū soli laboravī; sed omnibus exquirētibus disciplinam,* quin et sapientem, qui de suā sapientia ait c. 7, 15: *Quā sine fictione didici, et sine inīciū communīco, et honestatē illius non abscondo.* Et ponat in lucem scientiam illius. Quocirca suis quibusque locis interseram aliorum versiones, presertim Syriacā et Arabicā, ut feci in Prophetis, Romanis Arabicām acceperū ab illustrissimo et reverendissimo domino Sergio Riso Maronitū, archiepiscopo Damasceno; Syriacā, partim ab eodem, partim a pereruditō viro, R. P. Ilario Rançato, ordinis Cisterciensis, sancti officii theologo, abate S. Crucis in Ierusalem. Illis eas acceptas ferat, gratesque reūerat gratis, qui eis gratis frutū, lector. Arabicām parcius citabo, tum quia spē cum Syra vel Grāca consenserit, tum quia minus accurata et sincera est, idēque minoris auctoritatis.

Addidi et versionem Tigurinam, à censoribus Romanis et Hispanis castigatam, eo quod nullis locis multū afferat lucis. In quā tamēt duo, ut alia monū, aduersa velim. Prior, autores ejus fuisse Tigurinos in fide heterodoxos, nimis Leonem Juda ex Judico Zuingianum, et Theodorum Bibliandrum, ac Proverbia, ac Proverbia Cyrilli indigit. Sanē redolent acumen, leporē gravitatem mixtam, variam eruditōnem et piatatem S. Cyrilli Alexandri; stylus tamēt magis Latīnam quām Grācam elegantiam phrasimque redolit, presertim in acutis argutis antithētis et homoiotētis, quibus crebrē probat, et adversariis stringit confitit. Unde Cyrilus hic Latīnū potius fuisse videtur quām Grācus; ac S. Cyrilus Alexander, etate posterior, utpote crebrē citans Aristotelēm et Hippocratēm, cum S. Cyrillus, ceteri Patres Platonicī magis fuerint quām Aristotelici. Ad hāc auctor sapientis Siciliam celebrat; unde nonnulli Siculum fuisse suspicuntur. In hisce parītī apōlogi, parītī proverbiis, partim similitudinibus, Cyrilus plures Ecclesiasticī gnomas docet, pīe et eleganter explicat, imo singulas per apōlogos festivē illustrat, et, ut ita dicam, exhilarat. Quare in lectō textus autographi non tam versio quām commentarius et explicatio, qualē edidit Glossa, Lyranus et alii, esse videat; auctōr non tam interpretēt quām commentator agit, ut in decursu hujus operis ad oculū intuenti patet. Quocirca Genebrardus Epist. jan. citatā tamēt gravior inēusat, quid velut de industria à litterā et sensu discedat: *Ut mihi videar, cōit, non sacras literas legere, sed farragines ē verbō Dei, et humanis cogitationibus consenatis, que non tam ad veritatem, quām veritatis opinionem pertinent.* Vide nostrum Gretserum, Admonitione de Biblis Tigurinis. Porro Tigurina in Ecclesiastico, etiā de morē Grāca moderna sequatur, tamēt ubi illa prā Latina Vulgata, ut sapē sit, concisiora sunt, ex Vulgata suis verbis supplet ea quā in Grācis hūne desunt. Fidelior et tūtor, ac Vulgata vicinior est versio Sanctis Pagnini, utpote Hebreo-Christiani, inde religiosi ordinis S. Dominici; qui fideliciter verbum

glomeratum densat et confirmat; idéoque longe supererat apolos Phædri, Esopi, Alciati et ceterorum omnium.

Porrò apoligis, ob leproem et acumen morale, blande ei jucunda in aures animosque infusus, non rarò uti S. Scripturam, ac nominatin nostrum Siracidem, ostendit c. 15, v. 3, ad illa: *Quid communicabit cœcatus ad ollam; quando exim se collierint, confringeret.* Et v. 21 ad illa: *Si communicabit tups cum agno, etc.* Causam dat Cyrillos in apologorum snorum pœnario, quod ex rebus naturalibus et animalibus, quia ex vivis imaginibus, petere licet anima humana vite virtutibus omnibus adornata. Ad hoc enim Deus illas creavit, ut homini essent speculum recti vivendi. Totus enim mundus hic visibilis, homini quasi quedam schola sapientiae est, in qua divinis præstitionis rationibus plena sunt omnia; ex iis ergo per festos rerum apoligos documenta vita S. Scriptura obligit, ut lector ea intelligat clarius, addiscat facilius, gustet suavis, reminiscatur tenacius. Idem facit S. Basil, et S. Amb. in Hexamer., S. Epiphanius in Physiologo, ac Theodor. de Provvidencia. Non ut apoligos sive fuis, viuis et rhamni, Judic. 1, 8, cardui et cedri, 4 Reg. 14, 9; lupi et agni, pardii et hædi, leonis et ovis, vituli et ursi, Isaia 11, 6, leones et leuconeurum, Ezech. 19; Oolla et Oniale mulierum, Ezech. 23; aquilarum duarum ingenuum, Ezech. 17; Luciferi, Isaia 14, 12; Cherubinorum, Ezech. 1; amphoræ, in qua sedet impietas, Zachar. 5; et plures alii hisce personæ.

Jam vero apolagationem esse antiquissimam, atque olim ethicas doceri solitam per fabulas et apoligos ad mores apóstolos, liquet ex Baruch c. 5, 25, ubi priscos fabulatorum, id est, fabularum concinnatores, vocat exaginantes prudenter. Unde apoligus usi sunt Orpheus, Pythagoras, Menander, Apuleius, Homerius, Hesiodus (quem Quintil. lib. 5, c. 44, ubi apoligis gratias inesse docet, primum facit apologorum auctorem), Plato lib. 2 de Republic., Demosthenes, Macrobius lib. 1 de Somn. Scipio post inuidum, Horatius, Cælius, Cicerio, lib. 5 Ofic. de Gygis anulo. Hinc Aristot. lib. 2 Rhetor. apoligos ponit inter rhetoricas demonstrationes. Aphthonius initio Progym.: *Apoligis ait, detectaque rehementis, et persuadente efficacia. Delectant, quia morm faciat quedam imitatione, simplicium capiunt animos. Fident faciunt, quia verum quasi ante oculos ponunt.* Idéoque magnum vim habent ad pernoverendum et persuadendum. Appollonius Trænas, apud Philostrat. lib. 5: *Ego, inquit, Esopi fabulas ad sapientiam accommodares, quia ceterorum esse censeo; quia à Mercurio docet accepta.* Esoponque in numero sapientum habitum; unde illud Aristophanis in Aribus vetus adagium, quod citat Suidas: *Ne Esopon quidem tristis, dicit solium de homine planè rudi et imperito, quod qui Esopi apoligos nesciret, nil scire videatur.* Praecare Plutarch. in Moral.: *Sicut iris, inquit, nil est, nisi relentient solis refracti in nubibus; ita fabula*

*quædam est veri representatio. Rursus Aristot. lib. 2 Rhetor. c. 21: Apoligi, ait, ad populum maxime accommodati sunt, habentque hanc præstantiam (præ exemplis) quod, cum difficile sit res præteritus similes adinvenire, apoligos fingere est facilissimum.*

Neque vero prius duntaxat gentium philosophi, poete, oratores, principes, apoligis usi sunt; sed et Ecclesiæ doctores, primique Patres Græci ac Latini, non tam philosophos, quam ipsas sacram Scripturam, ac præseruum Salomonem, Siracidem ac Ilebraeos imitantes et assecantes.

E Græci præter S. Basilium, S. Epiphanius ac Theodorenum, quos paulò ante citavi, S. Gregorius Nazianz, crebrò apoligos usurpat, ut patet ex Epist. 1 ad Cœlestium, ubi per elegantem cynenorum et hirundinum apologum suo silentio adaptat; ex apoloç concilii grum et anserum, quem recitat in carmine de diversa vita generibus; ex apoligo pavonis canida syma pomposè explicans; item Pandore et Prometheus; quos recent tract. adversis mulieres ambitiosius se ornantes. Synesius, serm. 1 de Providentiâ, asserit pueros et rudes docendos esse per fabulas et apoligos. S. Ireneus in symbolis Valentini. Eoniis recensendis multus est, sed et ipse suis uitior apoligis, ut lib. 1, c. 4, apoligo gemmarum, imaginem regis gemitum in similitudinem canis et vulpeculae deformantis; ibidem c. 10 ex Homero citat fabulam de orci sive inferni galea, qua è testo faciebat invisibilis; et c. 34 fabulam hydrye Lerneæ, siue feræ multorum capitum, Valentini schole attribuit. Idem lib. 2, c. 12, Valentini cimiles, inquit, sunt cani Esopi, qui panem quidem reliquit, in umbram autem ejus impetum fecit, et impedit escam. Etc. 19 citat apologum Pandore, quam Hesiodus fingit et pingit omnibus dotibus à deo adornatum. Clemens Alexandr., ut gentes suis ipsum armis et gnomis confutet, symbola et apoligos ex Orpho, Lino, Homer., Platone, Pythagora agglomeratione. S. Cyrillus, cuius nomine liber Apologorum iam citata inscribitur, symbolis et apoligis gaudet. Unde lib. 9 contra Julian., Egyptorum hieroglyphica et Pythagora symbola recenset et ethice explicat. Idem commentans in Leviticum (quoniam multum veris hunc commentarii tribuant Origeni), omnes Leviticæ figuræ et symboli fusè pertratat. Idipsum quoque facit lib. de Adorat. in spiritu et veritate. Magis hoc ipsum liquet ex Catalogo parabolarum et similitudinum, qui operum ejus indici subjicitur.

E Latinis Tertullianus et apoligis abundat; unde lib. contra Valentinum, c. 12, citat Esopi graculum, qui alienis plumis se ornans, illis sollicitus erubuit fuitque ludibrium; et c. 5, citat lamiae terves, et lib. de Animâ, c. 6: *Thales, inquit, in pœnum, scilicet cadens, dum colunæ intuetur, irrisu fuit à feminâ.* Idem lib. 4 contra Marcion. c. 25: *De Esopi, inquit, puto asim, scilicet modo appuristi; q. d.: Obscurus, et ex angulis prodicens subito velut eximium jactas; et lib. de Pudicitia c. 8: Nihil ad Andromacham, quæ tragica erat fabula; et plura alia que-*

collegit Pamelius et Tertulliano prefixit. S. Augustinus, lib. contra Mædium, ostendit apoligos, qui per res fictas significant veras, non esse mendacia, sed veritatem: *Sicut in speculo falsus homo (qui in speculo appareat) est vera hominis imago, ut idem ait lib. 2 Soliloquiorum. Apoligis pariter utitur S. Amb. lib. 3 Officiorum, et S. Isidorus lib. 1 Etymologicarum.*

S. Hieron. in c. 18 Matthæi assignat causam eum Christus assidue per parabolas, quibus similes sunt apoligi, concessionaret ad turbas: *Familiare, ait, est Syris, et maximè Palestini, ad omnem sermonem suum parabolam jungere, ut quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem exemplaque teneatur.* Idem in c. 8 Ezech. sub finem, apologum Adonidæ fusè recitat et ethice explicat. Idem ad Algasiam quæst. 6. *Interpretari, ait, parabolam, hoc est, similitudinem, que ab eo vocatur, quod alteri nascitur, hoc est, assimilatur, et quasi umbra previous veritatis est.*

Ex Indis quoque S. Barlaam apud Damascen. in Historia Josaphat, regis Indorum, cui nomen Abenner, filium, mysteriæ fideli, ac præseruum mundi viæque hujus vanitatem, et futura veritatem, docet per apolagos rhinocerotis hominem insequentem, ac duorum murorum arborem, cui homo adheserat, rodentum, ut in barathrum draconibus refertum corrut. Rursus per apologan luscinae hominem deludentis, ac amicorum amicum in mortis agone deseruent.

Ex Hebreis, præter Ezechielem, Isaiam, Zachariam et aliis initio citatos, Salomon mortalia sapientissimus, per apologan duarum mulierum, unius stultæ, alterius sapientis, ipsam sapientiam et insipientiam representat. Proverb. cap. 9, quem secutus noster Sacerdes totto cap. 24, apologum sapientiam perorantis, seseque edro, oliva, palmæ, viti et fluminis paradisi adequantis, in scenam producit. Similes à Salomon apologi sanguisuge, aquila, colubri, formice, lepusculi, locustæ, stellionis, leonis, galli, arietis et regis, proponuntur Proverb. 51, 15 et seqq. Jam Canticum Canticorum continuus est sponsi et spouse apoligos. Denuo Salomonis antitypus, in omni Salomon, Christus Dominus non misper parabolæ et apoligos gaudet. Unde lib. 9 contra Julian., Egyptorum hieroglyphica et Pythagora symbola recenset et ethice explicat. Idem commentans in Leviticum (quoniam multum veris hunc commentarii tribuant Origeni), omnes Leviticæ figuræ et symboli fusè pertratat. Idipsum quoque facit lib. de Adorat. in spiritu et veritate. Magis hoc ipsum liquet ex Catalogo parabolarum et similitudinum, qui operum ejus indici subjicitur.

Ratio a priori est, quod exempla et apoligi ob historie novitatem, raritatem, facilitatem ac juventutem maximè accommodata sint hominum ingenii,

eorumque curiositat et sciendi cupiditatë cum lepore satisficiant: quare illi in aures mientesque subeunt, ac eas delectando docent, et simul ad sui imitatem mouent longè suavius et efficacius quæm precepta. Audi Aristot. 18 Problem. num. 5: *\*Cur, ait, homines in perorando exemplis et fabulis potius gaudent, quam commentis? An gaudent, quia et discunt, et celeriter discunt? atque per exempla et fabulas faciliter discutur, sunt enim quæ explorata clabeantur, et particularia sint. Ratio autem commendi demonstratio ex universalibus est, que minus quam partes novimus. Ad hæc illi credere magis solemus, quæ plurimum testimonii confirmantur. Exempla autem et fabella testimoniorum speciem gerunt: fides autem perfaciens est, quam testimonium fecerit. Additur quod verisimile quisque libertus dicat. Exemplum autem, et fabella rem nonnisi similiem docent.* Huic consona sapientum omnium vox est: *Melius docere et persuadere exempla quam proposita, et quasi umbra previous veritatis est.*

Omne tamen punctum, qui miscuit utile didei. Sicut ergo saccharum etiæ apotropa sive phylis circumfutum, eorum amaritatem obtegit et educorat; sic asperum et odiosum legis vel jubentis imperium, exemplum, viam praæundo, et quasi complanando, dulce facit et amabile; quod enim mandans durè et imperiosè præcepit: *Ite, servi, et facite;* hoc exemplum blandè affilicendo reipsa dicit: *Eamus, socii, et faciamus.* Denique exemplis et apoligis parè velut sale, ad conditandam orationem utendunt; hi enim sunt tales orationis: quare si quis illi sobrie, ac congruo tempore, loco et modo utatur, gratiam suis discit conciliabit, ac perficiet illud Apostoli: *Sermo vester semper in gratiâ sale sit conditus;* Colos. 4, 6. Id hæc fine et fructu, ut *de gratiam audientibus*, Ephes. 4, 29.

#### CAPUT IV.

Argumentum.

Jesus Sirach hoc libro omnem moralem philosophiam per breves sententias, quasi gnomas et axiomaticas tradit et complectetur, aquæ ac Salomon in Proverbis; sed illis longè uerior est Ecclesiasticus: unde et 51 capitula continet. Tradit enim virtutes non tantum ethicas, quæ personam cuiusque concernunt et perficiunt, sed et oeconomicas, quæ ad familiam, et politicas, quæ ad rem publicam gubernandam, vel utiles sunt, vel necessariae: quæ sigillatum recensens S. Athanas. in Synopsis, plures implere paginas. Hinc à Grecis vocatur *πανάρχεια;* q. d.: Omnipotens, omni virtutis genere referens, quæ de omni virtute precepta continet. Ita Rabanus. Unde Damasc. lib. 4 de Fide, c. 18, ait, Sapientiam Jesu Sirach omni virtutum genere ac doctrinam referat. Audi S. Hieron. prefat. in libros Salomonis: *Fertur et panaretos Jesu, filii Sirach, liber, et aliis pseudopigraphis, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed Parabolas, prænotatum, cui juncti*

erant Ecclesiastes et Canticum Canticorum, ut similitudinem librorum Salomonis, non solum librorum numero, sed etiam materiarum genere conquaerat. Alioquin sapientia Salomonis *πνεύματος*, id est, omni virtute solertia, proprii sunt ejus Proverbia; sive appellantur ab Irenaeo, Hegesippo, et aliis apud Euseb. lib. 4 Hist. c. 22. Et interius: *Hac duo volamini legit Ecclesia ad adiunctum plenis.* Quocirca et à Latinis inscribunt Ecclesiasticus, tum ad imitationem simili et distinctionem libri Salomonis, qui Ecclesiastes dicitur, id est, concionatio vel convocator et collector; ut enim ab eo distinguatur, Ecclesiasticus vocatur, non Ecclesiastes, esto etymon et significatum sit idem, vel penitus idem; tum quia in Ecclesia legi solebat et solet, ut plebem per omnia, que officii et virtutis sunt, erudit. Audi Raban. lib. 5 de Universo, c. 5: *Dicitur est, si, Ecclesiasticus, pro eo quod in medio cœtu populi, id est, eorum Ecclesia, fuerit habitus.* Et Hugo Cardin. hic: «Hic liber ait, apud Grecos *πνεύματος*, apud Hebreos *Parabolæ*, apud Latinos *Ecclesiasticus* appellatur, eò quod Ecclesia sit utilis, sicut et *Ecclesiastes*.» Per hos enim duos libros maximè instruitur Ecclesia. Unde Ecclesiasticus dicitur, quasi ad Ecclesiam; id est, totum cœtum fidelium, singulosque fideles pertinens, eorumque mores ad normam divinae legis et virtutis informans et efformans. Hinc Ecclesiasticus uberioris virtutes singulas pertractat, et de singulis quasi integras exhibet conciones: quia in re differt à Proverbis Salomonis, qua à cap. 10 ad finem libri sententias continent planè concisas et disparatas, ita ut una cum altera non coheraret, sed singula novum contineant argumentum. Utilior ergo est Ecclesiasticus Proverbis, ac ubiheriori meditandi, sancte vivendi, dicendi et concionandi materia suppeditata.

Quocirca S. Apostoli in canone ult. Apost. dicunt et edicunt: *Ut adolescentes addiscant etiam sapientiam erudit* Sirach. Sic et Clemens, Alexander, Calixtus, Fabianus, alioque jam citati S. pontifices, citant et commendant dogmata Ecclesiastici. Pontianus sapient Epist. 4 citat Ecclesiasticum, et Epist. 2 totum caput Ecclesiasticum 28, et magnum partem cap. 5 et 6 in eam epistolam conceperit. Fabianus, cum sepius citasset Ecclesiasticum in Epist. 1 et 2, in epistolam suam tertianam multa translavit ex ejus, cap. 27. Lucius mutatus est in Ecclesiastico bonam partem c. 10 et 11. Mutatus est et Stephanus totum cap. 15 Ecclesiasticum in sua epist. 1, ut etiam Eusebium grandem partem cap. 5 et 6. Adducunt demum testimonia ex Ecclesiastico Dionysius, cap. 7 Eccles. Hierarch., et cap. 8 de divinis Nom.; Ignatius, Epist. ad Heronem; Hieron., Epist. ad Minerium; et Alexand., Epist. ad Rusticum ad Salvinam, ad Celantianum.

Tres libri sunt partes. Prima, cap. 1, continet encomium sapientie, sive sacra ethicae. Deinde à cap. 2 usque ad 24 subiungit Sirachus ejus precepta et dogmata de quibuslibet virtutibus. Secunda, c. 24, Sirachus ipsam sapientiam se suaque predicanter inducit, ac deinde ethica ejus documenta persequitur

usque ad cap. 42, v. 15. Tertia, à c. 42, v. 15, usque ad finem, continet harum virtutum et documentorum exempla. Unde, premissu encomio Dei, Deique operum, librum concludi elogii patriarcharum, prophetarum, et principum illustrium veteris Testamenti. Porrò inchoat sui precepta, juxta seriem Decalogi. Incipit enim a timore et cultu Dei: inde cap. 5 prægreditur ad honorem parentibus debitum; ac deinceps officia ceteris vel ex charitate, vel ex justitia præstanda prosequitur.

Accipe brevem singularum ex ordine capitum synopsis, ut sententias de qualibet virtute statim reperiatis.

#### Synopsis capitum omnium Ecclesiastici.

- Cap. I. Agit de sapientia origine.
- Cap. II. De timore, et amore Dei, vers. 11, de tentatione, ejusque remediis, scilicet animi preparatione, humilitate, patientia, resignatione, spe, et amore Dei.
- Cap. III. De honore parentum, v. 1; de humiliata, et mansuetudine, v. 19.
- Cap. IV. De elemosyna, v. 1 et seq.; de sapientia sanctorum, v. 12; de pudore malo, v. 24.
- Cap. V. De detestatione peccati, et punitiæ, v. 1 et seq.; de constantia et sinceritate, v. 10.
- Cap. VI. De amicitia verâ, v. 1; de sapientia ardua, v. 18.
- Cap. VII. De pietate, et officiis debitis Deo, sacerdotibus, parentibus, filiis, amicis, potentiis, infirmis, afflictis, mortuis, quin et pecoribus.
- Cap. VIII. De tranquillitate et concordia.
- Cap. IX. De castitate, et vitando mulierum consortio, v. 1 et seq.; de vitandis amicis novis, potentiis, injustis, loquacibus, et temerariis, v. 14.
- Cap. X. De prudenter principum et magistratum, v. 1 et seq.; de superbâ, v. 18; de regentium virtutibus et vitiis, v. 25.
- Cap. XI. De modestia, v. 1; opes parari cultu Dei, v. 10.
- Cap. XII. Beneficium præstandum esse justo, non impio, v. 1; de cavendis inimicis, v. 8.
- Cap. XIII. De cavenda familiaritate potentium; amicitia inter pares et similes.
- Cap. XIV. De liberalitate et avariciâ, ac vanitate stultorum, v. 1 et seq.; beatum esse sapientem, v. 22.
- Cap. XV. Sapientia fructus, et qui eorum expertes.
- Cap. XVI. Non esse latandum in filiis impiorum, v. 1; de Dei vindictâ in impiis, v. 7; de Dei sapientiâ in creatione et dispositione universi, v. 24.
- Cap. XVII. De hominis creatione, et perfectione præsertim sapientiæ, v. 1; de punitiæ, et conversione ad Deum, v. 20.
- Cap. XVIII. Laus magnatum, puta potentiae et misericordie Dei, v. 1; de memorâ divini iudicij, v. 24.
- Cap. XIX. De vino, meretrizibus, ac moderamine lingue.

- Cap. XX. De lingue virtutibus et vitiis, deque fatui et imprudentibus.
- Cap. XXI. De vitando peccato, v. 1; de stulti moribus et immodestia, v. 14.
- Cap. XXII. Stultus esse insopportabiles et incorrigibilis, v. 1; de vitiis que violent amicitiam, v. 25.
- Cap. XXIII. Orat pro sapientia practica, v. 1; de iuramento, aliusque lingue vitiis, v. 7; de formicatione, v. 24.
- Cap. XXIV. Sapientia encomium ab origine, officiis, domo, pulchritudine, fructibus.
- Cap. XXV. Tria, que placent sapientie; tria, que displacent, v. 1; decem beatitudines, v. 9; de nequitia mulierum, v. 17.
- Cap. XXVI. De muliere honesta et malâ, puta sensata et insensata.
- Cap. XXVII. De falsitate, fraude, aliusque lingue vitiis, v. 1; de revelatione secreti, v. 17; de dolo et illis qui lapsu gaudient alieno, v. 25.
- Cap. XXVIII. Recenset donna iræ et vindictæ, ac, v. 15, lingue duplicitis, sive bilinguis.
- Cap. XXIX. De mutant, dando, v. 1; de eleemosyna, v. 11; de fidejussione, v. 19; de miserâ peregrinorum et hospitio, v. 28.
- Cap. XXX. De filiorum castigatione, v. 1; de bono sanitatis, v. 14; de bono letitiae, et malo tristitia, v. 21.
- Cap. XXXI. De sollicitudine opum vitanda, v. 1; de honestate et temperantia in mensa servanda, v. 12.
- Cap. XXXII. Docet quid in mensa faciat rector, juvenis, senex, v. 1; de Dei timore, et legis custodia, v. 18; de consilio et ratione ubique adiubendis, v. 24.
- Cap. XXXIII. Docet Deum discrevisse bonos à malis, magnos ab abjectis, v. 8; ne quis ante mortem opes alii cedat, v. 20; de regimine servorum, v. 25.
- Cap. XXXIV. De somniiorum vanitate, v. 1; de utilitate tentationis, v. 9; de utilitate spei in Deum, v. 14; de fraudatione mercede paperum, v. 21.
- Cap. XXXV. De virtute religiosis et oblationum, v. 1; de efficacia orationis pauperum et afflictorum, v. 17.
- Cap. XXXVI. Orat pro Iudeis iam subditis Egyptiis, v. 1; de diligenda bona uxori, v. 25.
- Cap. XXXVII. De amicis fictis, v. 1; quale, et cum quibus incedunt consilium, v. 7; de sapientiâ, v. 21; de frenanda gula et concupiscentiâ, v. 50.
- Cap. XXXVIII. De utilitate et uso medicinae, v. 1; infirmis instituti, v. 9; quid in morte amicorum faciendum, v. 16; de usu agricolaria, artis fabrilis, figurine et similium, v. 26.
- Cap. XXXIX. Sapientiam acquire oratione, lectione et studio, v. 1; laus Dei, ejusque potentia, beneficentia et vindicta, v. 16.
- Cap. XL. De gerunnis hujus vite ex peccato, v. 1; docet quae sint magis eligenda, per varia gradationes, v. 17; de fugienda inopia, v. 29.
- Cap. XLI. Mors, quibus amara, quibus juventa, v. 4; de filiis probrosis, ac curâ famæ, v. 8.

#### CAPUT V.

##### Methodus.

Methodus nostri Sirachis est, sapientie practice et singularium virtutum precepta tradere per breves gnomas et sententias prudentium et sapientium; ita tamen ut singulis sepius longius insistat, multaque eam, æquè ac viatorum contrarium, officia et actus percenseat. Quia in re miscet similitudines, adiacentia, anæmatæ, parabolæ, quibus sua oratione